UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

79. Item de parricidis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

* *Editio Helmæſtad.* pro

rit, inſimulare, atque * per hoc hominem ſuum & hominem Thietbirgæ ad monomachiam impellere, & ſi homo ipſius Reginæ ceciderit, diſponit hanc ſine dilatione perimere. Quæ quantum ſint omni divinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ veſtræ credimus jam advertit.

De parricidis. *Ex Capitul.*

Addit. IV. c. 85. Lib. I. Leg. Longob. tit. 10. c. 4.

LXXIX. Quicunque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem aut fratrem aut ſororem vel nepotem aut alium propinquum ſuum interfecerit, hereditas interfecti ad legitimos heredes perveniat. Interfectoris verò hereditas in fiſcum redigatur. Ipſe verò ordinante Epiſcopo publicæ pœnitentiæ ſubdatur.

De his qui ferro vinciuntur. *Ex eodem.*

Lib. I. Capitular. c. 79.

LXXX. Ut mangones & cotiones, qui ſine omni lege vagabundi vadunt per iſtam terram, non ſinantur vagari ad deceptiones hominum, nec iſti ferro colligati atque conſtricti, qui dicunt ſibi injunctum eſſe à ſacerdote ut vagi & profugi per patrias ambulent. Melius nobis videtur ut uno in loco permaneant laborantes & ſervientes & patientiam habentes, ſecundùm quod canonicè impoſitum fuerit.

Caput iſtud non extat in libro primo Capitularium in vetuſtiſſimis codicibus manu ſcriptis, non in regio, ex quo prima Pariſienſis editio prodiit, non in Rivipullenſi, non de-